



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 12. Turcarum classis ante Rhodum Insulam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

§. XII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1522.*Turcarum classis ante Rhodum
Insulam.*

Attamen Equites hujus epistolæ info- *Spond. ann.*
 lentia minime territi, nonnisi tor- *1522. n. 16.*
 mentorum strepitu respondere, ac
 libertatem, vitamque suam, si utramque
 salvare non possunt, saltem caro satis
 pretio vendere decreverunt. Ergo Sul-
 tanus factis velis classem in altum pro-
 trudit, quæ præmissis triginta triremi-
 bus, hoc anno Domini millesimo quin-
 gentesimo vigesimo secundo die vigesi-
 ma sexta Junii in Rhodi conspectum ve-
 nit, eamque sequebantur paulo post
 quam plurimæ naves, aliæque triremes
 copiis armisque oneratæ, adeo, ut col-
 lectis omnibus Turcarum viribus Sulta-
 tani classis ad quadringenta varii gene-
 ris navigia ascenderent.

Recensebat universus terrestris ex-
 ercitus centum quadraginta armatorum
 millia; nequidem computatis sexaginta
 fossorum millibus, quos Solimanus ex
 Hungariæ finibus, ac Serviciæ, Bosniæ,
 & Valachiæ montibus contraxerat.
 Post hæc diu deliberatum, an exigua
 Insulæ propugnacula prius aggredi præ-
 staret, quam tota armorum moles in
 urbem intenderet. Præplacuit Musta-
 phæ

Sæcul. XVI.
A.C. 1522.

phæ Belliduci urbis primo expugnandæ consilium, quocirca Rhodus in uestis armis cingitur, jamque obsidionales ad urbem accessus tam prope ducuntur, ut tormentorum ictus mænia attingerent: Unde Turcæ aciem latius distendere valentes tormentorum suggestum erigebant, quem tamen Equites brevi everterunt, tam copioso grandine diu noctuque ex urbis tormentis plumbeos majoris ponderis globos ejaculantes, ut cunctos Barbarorum aggeres impune disjicerent. Ex infracta hac Equitum virtute Turcæ sinistram prorsus obsidionis successum sibi augurabantur, & non nisi reluctantes, ac in apertas indignationes effusi ad pugnam trahebantur.

§. XIII.

Turcæ Solimani adventu ad proseguendam Rhodi obsidionem animati.

Ext. Chalcond. edit. & apud Schard. Oper. hist. t. 2

Acceperat negotium Peri seu Pyrus Bassa, ut Solimanum de obsidionis successu exacte edoceret. Hic ergo pro demando sibi munere, totum exercitum animo fractum significabat, ac Imperatorem iterum iterumque obtestabatur, ut militum animos præsentia sua accenderet. Accepto nuncio Solimanus

nus